



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]ct[i]o ix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

deus cum illo. **A**deo igitur se
sum ad magisterium celeste mu-
do adhibendum venisse pfe-
sus est: deum cum illo fuisse mi-
raculis precedentibus intelle-
xit: necdum tamen ipsum deum esse
cognovit. **Tu. R.** Benedica-
mus patrem et filium cum sancto spiritu
laudemus et superaltemus. **e. i. secta.**

B. Benedictus es domine in firmamento
celi et laudabilis et gloriosus
in secula. **Lectio ix.**

Sed quod magisterium nove-
rat veritatis studiose docendum
adiit merito ad agnitionem di-
vinitatis eius perfecte doctus
subiit. **V**erito utriusque nati-
vitas eis divine scilicet et huma-
ne sed et passionis et ascensio-
nis ipsius archana percepit: nec
non etiam modum secundae gene-
rationis ingressum regni cele-
stis aliisque plurima doctrine euan-
gelice sacramenta domino reve-
lante didicit. **Tu autem R.** Te
deum patrem ingenitum te spi-
ritum sanctum paracletum sanctam
et indivisibilem trinitatem: toto cor-
de et ore confitemur laudamus
et benedicimus. **Tibi gloria**
in secula. **R.** Quoniam magnus es
tu et facies mirabilia tu es de-
us solus. **Tibi gloria. Tibi. Te**

deum dicitur per totam ebdomadam.
Benedicamus patrem et filium
cum sancto spiritu laudemus.

Ad laudem autem dicuntur.
A. O beata et benedicta et

gloriosa trinitas pater et filius
et spiritus sanctus. **R.** Tibi laus
tibi gloria tibi gratiarum actio.

Ps. Dominus regnavit cum ceteris.

A. O beata et benedicta et
gloriosa trinitas pater et filius
et spiritus sanctus. **R.** Misere-
re miserere miserere nobis. **A.**

O vera summa sempiterna tri-
nitas pater et filius et spiritus
sanctus. **R.** Tibi laus tibi gloria.
tibi gratiarum actio. **an.** O pa-

summa sempiterna trinitas pater
et filius et spiritus sanctus. **R.** Mi-
serere miserere miserere nobis

A. Te iure laudant te adorant
te glorificant omnes creature
tue o beata trinitas. **R.** Tibi
laus tibi gloria tibi gratiarum actio.

F. In iubilo laudamus. **Hymnus.**

F. In iubilo laudamus et venerabi-
li glorificamus filium patrem et
sanctum spiritum. **O.** mnes in
insigni die natiuitatis annue

expurgatis criminibus confite-
memur in mentibus. **I.**n con-
densis statuente die solennem et

dicite laudes concentus byla-
ris usque ad cornua altaris. **S.**ic
infirmis saluatio captiuus li-
beratio peccatorum remissio et sa-

lus sine noxio. **T.**rinitas in-
diuidua unitas perpetua dente
eterna gaudia ubi est pax et
gloria Amen. **Capitulum et collecta.**

vt supra in vespis. R. Benedi-
ctus es domine in firmamento ce-
li **E.**t laudabilis et gloriosus